

Synopsis plantarum Floræ tertiariæ Novalensis, auctoribus  
Roberto de Visiani et Abrahamo Massalongo.

---

Secundum impressum e Flora v. diario botanico Ratisbonensi 1854. No. 8.

---

L e c t o r i.

Reliquiae plantarum fossiles, quas nobis videre contigit hactenus erutas e solo tertiario circa pagum Novale, qui in Vjentina provincia regni Veneti laevae adstat ripae fluentis Agno nuncupati, novitate, varietate et copia profecto eae sunt, quae describi et illustrari mereantur. Floram hanc igitur pro viribus concinnandam aggressi, cujus vero magna pars textus et icones omnes, nempe CXX, sic praesto sunt, ut typographo lithographoque statim committi queant, non abs re fore duximus synopsis quamdam ejusdem praemittere; qua saltem, quibus plantarum ordinibus, generibus et speciebus Flora Novalensis antiquitus ornabatur, citius botanicis innotescat.

Diagnoses itaque cujusvis plantae et numerum iconis, quo harum quaevis in Flora Novalensi repraesentabitur, lic tantum edenda suscipimus, reliqua ad plenioram earundem descriptionem, affinitates vel differentias cum hodiernis speciebus et comparisonem cum Floris ejusdem aevi spectantia fusius ampliori in opere exposituri.

Kalend. Januarii MDCCCLIV.

---

Ordo I. F u n g i.

1. *Sphaerites excipuloides* Massal. Plant. foss. Vicent. pag. 59.  
— Vis. et Massal. Fl. tert. Noval. fig. 1.

S. peritheciis subsimplicibus discretis, in circulum dispositis, disco apertis crassis concaviusculis.

Habit. Supra folia *Juglandis pristinae* Ung. in schisto calcareo-margaceo Agri Novalensis. (Collect. Massal.)

## Ordo II. Filices.

2. *Glossopteris Apocynophyllum* Vis. et Massal. Fl. tert. Noval. fig. 2.

G. fronde simplici lanceolata utrinque attenuata, costa crassiuscula prominente, nervis flexuosis erectis, irregulariter ramosissimis, anastomosantibus.

Synon. *Apocynophyllum Glossopteris* Vis. et Massal. in Massal. Plant. foss. novae pag. 24. (errat.).

Habit. Cum priore. Collect. Massal.

3. *Taeniopteris affinis* Vis. et Massal. in Massal. plant. foss. nov. pag. 24. — Fl. Noval. fig. 3.

T. fronde simplici elliptico-obovata, apice obtusa, integerrima, costa tenui (diametro vix lineari) apice evanescente, nervis creberrimis filiformibus parallelis erecto-patulis, simplicibus, bipartitisve.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. et Academiae agrariae Veronensis.

4. *Taeniopteris crassicosta* Vis. et Massal. in Massal. plant. foss. nov. pag. 24. — Flor. Noval. fig. 4.

T. fronde simplici elliptico-obovata apice . . . . . integerrima, costa aequali crassissima (diam. bilineari), nervis linearibus remotiusculis patulis, simplicibus bipartitisve.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

## Ordo III. Gramineæ.

5. *Bambustum sepultum* Ung. gen. et spec. pag. 311. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 5—6. — Massal. Sopr. le Piant. foss. Vic. pag. 73. — De Gramineis brev. comm. p. 3.

B. caule tenuissime striato fistuloso (?) pollicem lato, internodiis pedibus et ultra, panícula diffusa, foliis late linearibus integerrimis, nervis crebris parallelis aequalibus, Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus, unde sola folia haecenus effossa vidimus. Collect. Massal., Zign., Parol., Acad. agr. Veron. nec non hort. bot. Patavini.

6. *Poa cites Novalensis* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 7. 8. (9 aucta).

P. foliis 7—8 millim. latis, nervis 9 vix impressis, parallelis rectis, millimetro inter se remotis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal., hort. Patav., Zign. et Ac. agronomicae Veronens.

## Ordo IV. Smilacæ.

7. *Smilacites Novalensis* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 10.

S. foliis ovato-lanceolatis, basi cordatis, apice acuminatis, integerrimis, trinerviis, aveniis, costa valida.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

8. *Majanthemophyllum rajanaefolium* Massal. ? pl. foss. novæ pag. 23. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 11.

M. foliis ovato-oblongis subcordatis quinquenerviis integerrimis, apice attenuatis, nervis crassis planis æqualibus, venis nullis. Massal. loc. cit.

Habit. Cum priorib. Collect. Massal.

#### Ordo V. Najadeæ.

9. *Zosterites Vicetina* Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 12—16.

Z. radice capillari-fibrosa, caule articulato-striato, articulis approximatis remotisque, foliis linearibus enerviis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal., Zign., hort. Patav., Parol., Ac. agr. Veron.

10. *Zosterites latissima* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 17.

Z. foliis latissime linearibus (10—12 mill.) enerviis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

11. *Zosterites tenuifolia* Ettingsh. Fl. v. Haering. tab. 4. fig. 16. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 18—19.

Z. caule articulato-striato, squamoso, articulis approximatis remotisque, foliis anguste linearibus (1—2 mill.) nervis tenuissimis obsoletisque.

Synon. *Zosterites affinis* Ettingsh. loc. cit. tab. 4. fig. 21. 22.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal. et hort. bot. Patav.

12. *Zosterites exilis* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 20.

Z. caule exili (1—2 mill. lat.), articulis valde remotis, foliis anguste linearibus (1—2 mill.) enerviis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

13. *Zosterites marina* Ung. Gen. et spec. pag. 320. — Massal. Sopr. Piant. foss. Vicent. pag. 88.

Z. caule articulato-striato, articulis approximatis remotisque, foliis linearibus nervosis, nervis quatuor—quinque parallelis. Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo VI. Coniferæ.

14. *Pinites Lepidostrobus* Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 21. 22.

P. strobilis cylindraceis spicaeformibus subcarnosis, basi attenuatis, longe pedunculatis, apice obtusiusculis, diametro 8—10 lineas æquante, squamis spathulatis imbricatis, axi crasso (1—2 lin.) oblique insertis.

Synon. *Lepidostrobus? spiciformis* Vis. et Massal. Mscr.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal., Hort. bot. Patav. et Acad. agron. Veron.

15. *Podocarpus eocenica* Ung. Gen. et spec. pag. 392. — Massal. piant. foss. Vicent. pag. 114. — Prael. Fl. Bolc. pag. 61. — Ung. Fl. v. Sotzk. pag. 158. — Vis. et Massal. Fl. Növal. fig. 23.

P. foliis lineari-lanceolatis, acutis, in petiolum brevem attenuatis, coriaceis, costa sola conspicua.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo VII. Myricæ.

16. *Myrica salicina* Ung. Gen. et spec. pag. 396 et Iconogr. plant. foss. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 24.

M. foliis elliptico-lanceolatis obtusiusculis, in petiolum attenuatis integerrimis, costa sola conspicua.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

17. *Myrica Berica* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 25.

M. foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis, breviter petiolatis, crenato-lobatis, basi acuta apiceque obtuso integris, costa sola conspicua tenui.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo VIII. Betulacæ.

18. *Betulites elegans* Goëpp. Beitr. zur Tert. Fl. Schles. tab. 2. fig. 1. pag. 17. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 26.

B. foliis ovalibus in petiolum brevem angustatis, remotiuscule serrulatis, utrinque acutiusculis costa conspicua, nervis suboppositis simplicibus rectis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo IX. Cupuliferæ.

19. *Quercus Agni* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 27.

Q. foliis late ovato-lanceolatis irregulariter transverse plicatis, longe petiolatis, repando-denticulatis acutis (?), basi truncatis inaequalibus, costa prominente, nervis inconspicuis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

20. *Quercus elaena* Ung. Gen. et spec. pag. 402. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 28—31.

Q. foliis coriaceis breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, supra nitidis, margine revoluto integerrimis penninerviis. Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. et hort. bot. Patav.

21. *Fagus castaneaefolia* Ung. Gen. et spec. plant. foss. pag. 405. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 32. — Ung. Chl. prot. tab. 28. fig. 1. — Massal. sopra le piant. foss. Vicent. pag. 134.

F. foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, penninerviis, grosse mucronato-dentatis.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal. nec non Acad. agron. Veronens.

22. *Fagus atlantica* Ung. Gen. et spec. pag. 406. — Chl. protog. tab. 28. fig. 2. — Massal. Plant. foss. Vicent. pag. 136. — Vis. et Massal. Fl. Noval. fig. 33.

F. foliis petiolatis (?) ellipticis utrinque obtusis, penninerviis, grosse serratis, muticis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

23. *Fagus Feroniae* Ung. Gen. et spec. plant. foss. pag. 406. Vis. et Massal. Fl. Noval. fig. 34.

F. foliis petiolatis ovalibus acutis penninerviis, dentatis muticis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

Synon. *Fagus dentata* Massal. (non Göpp.) Plant. foss. nov. pag. 24.

#### Ordo X. Ulmaceæ.

24. *Ulmus quercifolia* Ung. Gen. et spec. pag. 411. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 35.

U. foliis breviter petiolatis ovatis, argute dentatis penninerviis, nervis simplicibus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo XI. Moreæ.

25. *Ficus rhombifolia* Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 36.

F. foliis coriaceis longe (?) petiolatis, rhombeis, margine integris repandisve, obtusis, costa crassiuscula, nervis tenuissimis parallelis creberrimis simplicibus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

26. *Ficus degener* Ung. Gen. et spec. pl. fossil. pag. 413. — Fl. von Sotzk. cum icone. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 37. —

F. foliis lato-lanceolatis obtusis, in petiolum brevem crassumque attenuatis, dentato-crenulatis, nervo primario valido, nervis secundariis inconspicuis. Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

27. *Ficus affinis* Vis. et Massal. — Fl. Noval. fig. 38.

F. foliis oblongo-lanceolatis obtusis, breviter crasseque petiolatis, margine integris, costa tenui, nervis nullis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

28. *Ficus infernalis* Massal. et Vis. in Massal. Pl. foss. novae pag. 24. — Flor. Noval. fig. 39.

F. foliis ellipticis octopollicaribus apice late rotundatis, basi subtruncatis crasse petiolatis, margine integerrimis, in lacinias late

lineares usque ad costam crassam facile pinnato-lacerabilibus, nervis recta patentibus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. nec non hort. bot. Patav.

#### Ordo XII. Chenopodææ.

##### *Salicornia* L.

Rami articulati aphylli, articulis sursum crassioribus, apice marginatis, et articuli sequentis basim vaginantibus.

29. *Salicornia Donatiana* Vis. et Massal. Fl. Noval. fig. 40.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo XIII. Laurinææ.

30. *Laurus Lalages* Ung. Fl. v. Sotzk. n. 56. tab. 19. (40.) fig. 6—9. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 41.

L. foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis longe petiolatis integerrimis subcoriaceis, nervis secundariis simplicibus subcurvatis. Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

31. *Laurus benzoidea* Web. Flor. des Niederrh. pag. 66. tab. III. fig. 5. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 42, 43.

L. foliis petiolatis coriaceis ellipticis, basi attenuatis, integris, costa insculpta, nervis subpatentibus arcuatis, venis vix conspicuis.

Synon. *Juglans acuminata* Massal. (non A. Braun.) Plant. foss. novæ pag. 24.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. nec non hort. Patavini.

32. *Laurus primigenia* Ung. Gen. et spec. pag. 433. Fl. von Sotzk. cum icone. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 44.

L. foliis subcoriaceis late lanceolatis acuminatis integerrimis penninerviis, nervo primario valido, nervis secundariis tenuibus subrectis simplicibus sparsis, sub angulo acuto egredientibus. Ung. l. c.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal.

33. *Daphnogene paradisiaca* Ung. Gen. et spec. pag. 424. — Vis. et Massal. Flor. Noval. fig. 45.

D. foliis subcoriaceis, basi aequalibus, ovato-oblongis, triplinerviis, nervis lateralibus simplicissimis curvato-ascendentibus, rete venoso tenuissime exculpto.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal.

34. *Daphnogene Novatensis* Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 46.

D. foliis coriaceis late petiolatis, e basi inaequali emarginata oblique ovatis, obtusis, integris, nervis ternis suprabasilaribus rectis, venis alternis ramosis patulis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. nec non Acad. agron. Veron.

## Ordo XIV. Proteaceæ.

35. *Dryandra Chironis* Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 47—49.

D. foliis oblongo-linearibus, basi rotundatis obliquis integris, margine crenato-dentatis, dentibus latis obtusiusculis suberectis, nervis remotis alternis arcuato-adscentibus.

Synon. *Comptonia Chironis* Massal. Plant. fossil. Vicent. pag. 118.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal., Zign., Parol., Hort. Patav. ac Acad. Veron.

## Ordo XV. Sapotaceæ.

36. *Bumelia Oreadam* Ung. Gen. et spec. pag. 435. — Fl. v. Sotzk. cum icon. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 50.

B. foliis obovatis petiolatis obtusis integerrimis coriaceis, costa prominente, nervis tenuissimis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

## Ordo XVI. Ebenaceæ.

37. *Diospyros Myosotis* Ung. Gen. et spec. pag. 436. — Fl. von Sotzk. cum. icon. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 51.

D. foliis ovato-oblongis acutis, petiolatis integerrimis, costa valida, nervis nullis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

## Ordo XVII. Ericaceæ.

38. *Andromeda protogaea* Ung. Fl. v. Sotzk. pag. 173. tab. 44. fig. 1—9. — Vis. et Massal. Fl. Noval. fig. 52. 53.

A. foliis lineari-lanceolatis elongatis longe petiolatis obtusiusculis integerrimis coriaceis, nervo medio solo conspicuo, Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus. Coll. Massal. nec non hort. bot. Patav.

## Ordo XVIII. Büttneriaceæ.

39. *Dombeyopsis Beggiati* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 54.

D. foliis coriaceis late petiolatis, petiolo apice dilatato, e basi inaequali ovatis, obtusis(?) integris, nervis primariis ternis suprabasilaribus validis, penninerviis, secundariis recta patentibus tenuibus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

40. *Dombeyopsis vitifolia* Vis. et Massal. in Massal. plant. foss. nov. pag. 24. — Vis. Fl. Nov. fig. 55.

D. foliis longe petiolatis cordatis trifidis palminerviibus crenulato-dentatis, lobis ovato-lanceolatis, nervis primariis quinque basilariibus, mediis crassioribus utrinque penninerviis, venis interstitialibus patentibus rectis, rete laxum ex areolis rectangulis conflatum formantibus.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal. nec non Acad. agron. Veron.

**Ordo XIX. Malpighiaceæ.**

41. *Malpighiastrum rotundifolium* Vis. et Massal. l. c. fig. 56.

**M.** foliis pollicaribus breviter petiolatis, elliptico subrotundis, integerrimis, basi inaequalibus, costa tenuissima apice evanescente, nervis oppositis simplicibus vix conspicuis.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal.

42. *Malpighiastrum macrophyllum* Vis. et Massal. l. c. fig. 57.

**M.** foliis tripollicaribus breviter petiolatis ovalibus obtusis (?) integris, coriaceis, costa valida, nervis obsolete.

**Synon.** *Malpighiastrum giganteum* Massal. (non Ung.) Plant. foss. novae pag. 24.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal.

**Ordo XX. Celastrineæ.**

43. *Celastrus pachyphylla* Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 58.

**C.** foliis coriaceis late petiolatis ellipticis, utrinque obtusis integris, pollicaribus, costa nervisque obsolete.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal.

**Ordo XXI. Ilicineæ.**

44. *Ilex Parschlugiana* Ung. Gen. et spec. pag. 461. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 59.

**I.** foliis ovalibus in petiolum attenuatis planis, coriaceis, ultra pollicem longis, argute serratis, penninerviis. Ung. loc. cit.

**Synon.** *Quercus griphus* Massal. (non Ung.) Plant. foss. nov. pag. 24.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal.

**Ordo XXII. Rhamnæ.**

45. *Ceanothus lanceolatus* Ung. Gen. et spec. pag. 466. — Vis. et Massal. Fl. tert. Nov. fig. 60.

**C.** foliis longe petiolatis lanceolato-linearibus acuminatis integerrimis triplinerviis, nervis lateralibus infimis suprabasilaribus simplicibus.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal.

46. *Ceanothus ziziphoides* Ung. Gen. et spec. pag. 466. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 61. 62.

**C.** foliis petiolatis lanceolatis dentato-serratis triplinerviis, nervis lateralibus infimis subbasilaribus subsimplicibus.

**Habit.** Cum prioribus. Collect. Massal. nec non hort. bot. Patavini.



Ordo XXIII. Juglandæ.

47. *Juglans stygia* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 63—67.

J. foliis coriaceis lanceolato-linearibus acuminatis, obtuse serrulatis, petiolatis sessilibusque, costa conspicua, nervis alternis patulis simplicibus apice evanescentibus.

Synon. *Rhus Nöggerathii* Massal. (non Web.) Plant. foss. nov. pag. 24. — *Rhus stygia* Massal. (non Ung.) Plant. foss. del Vicent. pag. 200. (dimid. folii).

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. nec non hort. Patav. ac Acad. agron. Veron.

48. *Juglans elaeoides* (?) Ung. Gen. et spec. pag. 496. — Vis. et Mass. Fl. tert. Nov. fig. 68.

J. foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, obtuse crenato-serratis 4-pollicaribus, penninerviis, nervis patentibus laxè venulosis, basi .....

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

49. *Juglans Bilinica* Ung. Gen. et spec. pag. 469. — Vis. et Massal. Fl. tertiar. Nov. fig. 69.

J. foliis breviter petiolulatis ovalibus (acutis?) basi subaequalibus (?) irregulariter serrulatis penninerviis, nervis patentibus subar-  
cuatis vix ramosis, alternis.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal.

50. *Juglans Novalensis* Vis. et Massal. in Massal. Plant. foss. nov. pag. 24. — Fl. Noval. fig. 70. 71. (fructus) 72. 78. (folia).

J. nuce elliptica utrinque obtusa compressa laevi, medio costata, pedunculo fructum dimidium subaequante; foliis coriaceis oblongo-ellipticis integris petiolatis obtusis, basi subaequalibus, costa crassa carinatis, nervis alternis oppositisve erecto-patulis, venis simplicibus interdum inconspicuis.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal., Zign., Parol., Acad. agr. Veron. nec non hort. Patavini.

51. *Juglans pristina* Ung. Gen. et spec. pag. 470. — Massal. Plant. foss. Vicent. pag. 203. — Vis. et Massal. Flor. tertiar. Noval. fig. 79.

J. foliis subquinquejugis, foliolis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis, basi inaequalibus petiolulatis, bipollicaribus, integris, costa distincta, nervis obsoletis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Zignoana.

52. *Juglans Cardiospermum* Vis. et Massal. l. c. fig. 80. fruct.

J. nuce ovato-oblonga apice truncata emarginato-biloba, utraque facie quinque-costata.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

## Ordo XXIV. Combretaceæ.

53. *Getonia Antholithus* Ung. Gen. et spec. pag. 478. — Massal. Piant. fossil. Vicent. pag. 168. — Vis. et Massal. l. c. fig. 81.

G. foliis obovato-lanceolatis integerrimis subcarnosis, apice obtusis, basi attenuatis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Bevilacqua-Lazise hodie Tanara.

## Ordo XXV. Myrtaceæ.

54. *Eugenia Laziseana* Massal. Piant. foss. Vicent. pag. 174. Vis. et Massal. loc. cit. fig. 82.

E. foliis petiolatis ovato-oblongis acutiusculis integris tripollicaribus penninerviis, costa valida, nervis arcuatis simplicibus, infimis suprabasilaribus oppositis, reliquis alternis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Laziseana.

55. *Eugenia Apollinis* Ung. Gen. et spec. pag. 480. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 83—85.

E. foliis petiolatis lanceolatis uniu—bipollicaribus acutiusculis, integris coriaceis, costa excurrente conspicua, nervis nullis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

56. *Eucalyptus oceanica* Ung. Fl. v. Sotzk. pag. 182. tab. 57. fig. 1—13. — Massal. Piant. foss. Vicent. pag. 175. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 86. 87.

E. foliis 2—5-pollicaribus lanceolatis, vel lineari-lanceolatis acuminatis, in petiolum semipollicarem attenuatis, coriaceis integris, costa distincta, nervis obsolete.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

## Ordo XXVI. Pomaceæ.

57. *Pyrus ambigua* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 88.

P. foliis petiolatis ellipticis membranaceis bipollicaribus, margine planis integris, costa tenui, nervis tenerrimis alternis, venis in rete tenuissimum intertextis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

58. *Pyrus Troglodytarum* Ung. Gen. et spec. pag. 481. — Massal. Piant. foss. Vicent. pag. 205. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 89. 90.

P. foliis petiolatis obovato-oblongis tri-quadrillicaribus obtusis integris penninerviis, polymorphis, costa valida, nervis simplicibus arcuatis alternis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

59. *Pyrus coriacea* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 91.

P. foliis coriaceis brevissime petiolatis exserte carinatis ovalibus utrinque attenuatis enervibus, undolato-plicatis integris.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

60. *Pyrus Euphemes* Ung. Gen. et spec. pag. 481. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 92.

P. foliis subcoriaceis petiolatis ellipticis, margine revolutis integris, costa valida, nervis crebris pinnatis subsimplicibus excurrentibus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

61. *Pyrus minor* Ung. Gen. et spec. pag. 481. — Massal. Piant. foss. Vicent. pag. 206. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 93.

P. foliis petiolatis obovatis integris, saepius apice emarginatis penninerviis, nervis rectis subsimplicibus. Ung. loc. cit.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

#### Ordo XXVII. Amygdaleæ.

63. *Amygdalus pereger* Ung. Gen. et spec. pag. 483. — Massal. Piant. foss. Vicent. pag. 207. — Vis. et Massal. l. c. fig. 94. 95.

A. foliis longe petiolatis oblongo-lanceolatis irregulariter dentato-serratis penninerviis, nervis subsimplicibus parallelis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. et hort. bot. Patav.

#### Ordo XXVII. Leguminosæ.

64. *Palaeolobium Radoboense* Ung. Fl. v. Sotzk. pag. 187. tab. 62. fig. 11. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 96.

P. foliolis 3-pollicaribus ovato-ellipticis, obtusis integris, membranaceis, costa conspicua, nervis remotis, petiolis

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

65. *Palaeolobium Sotzkianum* Ung. loc. cit. pag. 186. tab. 72. fig. 6. 7. — Vis. et Massal. Fl. Nov. fig. 97.

P. foliolis ovato-ellipticis inaequilateris, brevissime petiolulatis integris, costa distincta, nervis plurimis crebris simplicibus parallelis.

Hab. Cum prioribus. Collect. Massal.

66. *Palaeolobium Novalense* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 98. 99.

P. foliolis obovatis ellipticisve crenulatis, basi subinaequalibus, in brevem petiolum attenuatis, apice rotundatis, costa tenui, nervis vix conspicuis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. et hort. bot. Patav.

67. *Dalbergia ~~Quercii~~* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 100.

D. foliolis petiolulatis ovato-lanceolatis acuminatis integris semipollicaribus, costa tenuissima nervis vix conspicuis.

Synon. *Gleditschia gracillima* Massal. (non Web.) plant. foss. novae pag. 24.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

68. *Dalbergia podocarpa* Ung. Fl. v. Sotzk. pag. 185. tab. 61. fig. 1—14. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 101.

D. foliolis brevissime petiolulatis lanceolatis acuminatis integris vix pollicaribus, costa distincta, nervis pinnatis rectis simplicibus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

69. *Cassia hyperborea* Ung. Gen. et spec. pag. 492. — Massal. Plant. foss. Vicent. pag. 218. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 102—106.

C. foliolis petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis integris, membranaceis, costa conspicua enervi.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal., Zign., Parol. nec non hort. Patavini.

70. *Cassia Phaseolites* Ung. Fl. v. Sotzk. pag. 188. tab. 65. fig. 1—5, tab. 66. fig. 1—9. — Massal. Plant. foss. Vicent. pag. 221. — Vis. et Massal. loc. cit. fig. 107—115.

C. foliolis petiolulatis ovato-elongatis integris, tenuiter membranaceis, costa valida, nervis tenuibus parallelis subsimplicibus rectis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal., Zign., Parol., Acad. Veron. nec non hort. Patav.

71. *Cassia dimidiata* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 116.

C. foliolis petiolulatis, latere interno dimidiato semiovalibus subfalcatis bullatis, apice oblique truncatis emarginatisve, costa crassiuscula, nervis alternis rigidis remotis patulis.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.

72. *Acacia Henetorum* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 117. 118 folia. 119. fructus.

A. legumine oblongo compresso, apice acuto, medio valde contracto, foliolis petiolulatis ovali-lanceolatis acutiusculis vix pollicaribus.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal. (folia), Zign. (fructus.)

#### Plantæ incertæ sedis.

*Calycites* Massal. Prael. Fl. prim. Bolc. pag. 72.

Calyces fossiles plantis viventibus haud referendi.

73. *Calycites tythroides* Vis. et Massal. loc. cit. fig. 120.

C. breviter pedunculatus tubo campanulato costulato, limbo ad medium sexfido, dentibus anguste linearibus ~~parvis~~, tribus longioribus, mediis binis subaequalibus, infimo reliquis duplo brevior.

Habit. Cum prioribus. Collect. Massal.